UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

nec etiam conſtat, ꝙ Iulius duxerit ipſum Ioannem
Baptiſtam per loca ſuſpecta, & periculoſa, quia ipſi
ambo fuerunt per loca conſueta:& per quæ commu
niter oẽs de dicto caſtro ire ſoliti erant, & ſunt abſq;
periculo, ut notorium eſt, ac etiã ex probationibus
factis infertur. Preterea non apparet, neque probatũ
eſt, ꝙ Iulius fuerit ille, qui Ioannem Baptiſtam duxe
rit, eiq; perſuaſerit, ut iret per uiam illam, & locum
in quo ipſi fuerunt inſultati, quinimmo, ut dicti te-
ſtiumcolligitur, fuit Ioannes Baptiſta, qui perſuaſit,
ſeu induxit Iulium ad recedendum è domo piſtoris.
¶Nec obſtat dicto Iulio quartum inditium reſultãs
ex uerbis ab eo prolatis erga magiſtrum Herculem,
de quibus in teſtificatu dicti magiſtri Herculis, quia
reſpondetur primo, ꝙ cõtrarium cenſetur probatũ
per aliquos teſtes in proceſſu examinatos, qualiter
eo tempore, quo ipſe Iulius fuit cum dicto magiſtro
Hercule loquutus, nõ dixit Iulius, nec protulit talia
6 uerba: Præterea † magis credendum eſt ipſi Iulio ne-
ganti, quàm uni tantum teſti probãti affirmatiuam,
quia dictum unius eſt dictum nullius, c. licet uniuer
7 ſis de teſtibus. Et quamuis † dictum unius teſtis faciat
inditium ſufficiẽs ad torturã, ut no. per glo. in d. c. li-
cet, & per Bar. in l. fi. ff. de quæſtionib. tamen illud eſt
uerum, quando unus legitimus teſtis deponeret di-
rectè ſuper facto, & delicto principali, ſecus ſi fieret
probatio ad probandum aliquod inditiũ ad effectũ,
8 ut per illud quis poſſet torqueri, † quoniam ad pro-
bandum inditiũ requiruntur duo, uel tres teſtes cõ-
teſtes, nec ſufficeret unus teſtis, ut uolunt Bar. & Ale
xan. in d. l. fi. & Abb. poſt dominum Ant. & ibi docto
res communiter, in c. tertio loco extra de probatio-
nibus: Et ideò ſi per unum tantum teſtẽ probaretur
aliquid, quod ſi uerum eſſet, uel legitimè fuiſſet pro-
batũ, faceret inditium contra aliquem, illud non di-
ceretur ita probatum, ꝙ faceret inditiũ ad torturã,
quoniam ad hoc, ut dicatur ſufficiens inditiũ ad tor
turã, requiritur, ꝙ illud ſit probatum per duos teſtes
conteſtes ad minus, ut in dictis locis. ¶Inditiũ quin
tum etiam, ꝙ ſumitur ex dicto, & depoſitione ſer Ia-
cobi, non eſt ſufficiens ad torturam per proximè di-
cta, item quia cum Iulius eſſet ſocius ipſius Ioannis
Baptiſtæ, prout colligitur ex iis, quæ plures teſtes de-
ponunt. Item cum dictus Iulius eſſet iuuenis, facilè
ut rem gratam, & utilem amico faceret, potuit ſibi
perſuaderi ad quærendum, inueſtigandum, & facien
dum, quidquid poſſet, ad effectũ, ut inuenirentur pe-
9 cuniæ, ſeu malefactores, nam † amicitia excuſat, & fa
cit ceſſare præſumptionẽ doli etiam in iis, quæ ſunt
de genere malorum, & prohibitorum gl. eſt ſingula
ris, in l. 1. C. de ſiccariis. Hoc etiam modo tolluntur
ſextum, ſeptimum, & nonum inditium, & maximè
cum dictus Iulius amicus dicti Ioãnis Baptiſtæ ſit ho
mo bonæ uitæ, conditionis, & famæ, nec ſolitus talia
perpetrare, ut probatũ fuit per ea, quæ habentur per
Bart. in l. ex libero, ff. de quæſtionib. Præterea dictus
Ioannes Baptiſta conſuetus erat etiam ſine dicto Iu-
lio ire ad loca inhoneſta, & ad meretrices, uagando
de die, & de nocte, ut ex dictis teſtium examinato-
rum in proceſſu apparet. ¶Non obſtat ultimum in-
ditium, quoniam probatum fuit legitimè, qualiter
Ionnes Franciſcus frater Iulii illa hora, qua fuerunt
inſultati dictus Ioannes Baptiſta, & Iulius, & ante, &
poſt ſemper repertus fuit in ſua apotheca, & ſic in lo
co remoto à loco inſultus facti: & ideò dictum ipſius
Ioannis Baptiſtæ non probat, nec facit inditium cõ-
tra ipſum Iulium, nec contra fratres illius, niſi ali-
ter legitimè probaretur, ut eſt tex. in l. ſi quis in gra-
ui, §. ſi moriens, ff. ad ſyllanianum. Ex quibus uide-
tur concludendum dictum Iulium nõ poſſe torque-
ri, quia non modo contra ipſum non milita[...]
inditia ſufficientia, ſed ne unum tantum [...]
ditium ſufficiens, & ideò ſequitur, ꝙ torque[...]
teſt per ea, quæ habentur per Bart. in l. fi. [...]
ff. de queſtio. & per dominum Anto. Abba[...]
in d. ca. tertio loco de proba. Hæc breuiter [...]
rem Iulij ſcripſi, quia impeditus non potui [...]
conſiderare. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Si ſtatuto is, ad cuius requiſitionem denunciatum fu[...]*
cium, eſt in expenſis condemnandus, quando [...]
fuerunt abſoluti, maſſarius denuncians ad expenſ[...]
netur.
Et quando hoc uerum ſit, & maſſarius ipſe ad expenſ[...]
nume. 5.
2 *Sententia lata contra non citatum, & indefenſum eſt [...]*
3 *Maſſarius ex ſtatuto obligatus maleficiũ denunciare [...]*
tum denunciatione intelligitur:
Et quando hoc uerum ſit, & maſſarius iterum denunc[...]
tur nume. 10.
4 *Verba affirmatiua uerificantur in unico actu.*
6 *Expenſarum condemnatio, quæ eſt acceſſoria, fieri p[...]*
tatione partis.
7 *Maximè ſi ex ſtatuto iudex præciſè omnibus iuris re[...]*
penſas cogere poteſt.
8 *Verba præciſè, & uerba prҽciſè omnibus iuris remed[...]*
portent.
10 *Non facere, & perperam, ac inutiliter facere paria ſ[...]*
11 *Statutum loquens de denuncia debet intelligi de [...]*
ma.
12 *De prima uice uerba debere intelligi, quomodo proc[...]*
13 *Arbitri, quibus prorogandi compromiſſum eſt data p[...]*
ſunt iterum prorogare, ſi prima prorogatio non [...]

EPITOME.

Massarium, qui falsò denũciauit male[...]
quod ex ſuo officio denunciare tenetur, etia[...]
alterius requiſitionem denunciaſſet, ad expe[...]
sò denuncianti teneri, & ſententiam cond[...]
tionis expenſarum prædictarum contra eum [...]
tatum ualuiſſe, & iterum maleficium denu[...]
obligatum eſſe ex ſtatutorum Bononiæ diſp[...]
ne, hic probatur.

CONSILIVM CLXXI.

IN cauſæ denunciatæ, an ſententia la[...]
tra maſſarium ſuper expenſis ual[...]
an maſſarius teneatur, non obſta[...]
ma denuncia, iterum denunciare [...]
tur prima facie, quòd ſententia lata contra [...]
rium ſuper expenſis fuerit nulla, & iniuſta, [...]
1 ea potuit prouocari, & de nullitate dici, quia [...]
docunque denuncia facta fuit de delicto [...]
do contra aliquos, qui poſtea fuerunt abſolu[...]
ille, ad cuius requiſitionem denuncia facta f[...]
in expẽſis condemnandus, ut habetur in ſtat[...]
ſito ſub rubrica de notific. malefi. in §. & ut re[...]
tur, ergo infertur, quòd alius ueluti maſſari[...]
ri non debeat ad expenſas, quia unius inc[...]
alterius excluſio, l. 3. in princip. ff. de ſeruit[...]
& Alexand. in l. 1. C. de diuer. reſcrip. In ar[...]
ſed ſi facio, ff. de præſcriptis uerb. Præterea [...]
tum uoluiſſe., quod maſſarius ob malam, & [...]
denunciam teneretur ad expenſas denunci[...]
dixiſſet, & expreſſiſſet, ſicut expreſſit de eo, ad [...]
requiſitionem facta fuit denuncia, ergo cum [...]

expreſſerit de ſecundo, ſequitur, ꝙ de mente ſtatuen
tium fuit, ꝙ maſſarius nõ teneretur, arg. c. cũ ad au-
dientiã, cũ gl. extra de decimis, l. unica, §. ſi uerò, C.
de caduc. tollen. gl. in c per exemptionem, de priuil.
in 6. l. ſi ea lege, in prin. ff. locati, cum ſi. item uidetur,
ꝙ ſententia lata cõtra maſſariũ ſit nulla ex defectu
citationis, nã lata fuit contra ipſum non citatum, &
indefenſum, ergo &c. l. de unoquoque, ff. de re iudi.
clem. paſtor. §. cæterum, eo. tit. l. ſi ut proponis, & ibi
per totum, C. quomodo, & quando iudex. Videtur
3 etiam dicendum, † ꝙ maſſarius, qui ſemel maleficiũ
denunciauit, nõ teneatur amplius denunciare, quia
ſtatutũ obligans maſſarium ad denunciandum ma-
leficiũ debet intelligi de una, & ſic de prima denun-
cia, argum. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de uerb. ſigni.
Abb. in c. 2. de tregua, & pace, Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul.
maieſt. Pet. de Anch. in conſ. 317. tria dubia, in 3. col.
Bal. in l. licet, in 4. q. C. mandati, cũ ſi. & dicit Roma.
4 in ſingulari ſuo 293. incip. legauit uiduæ &c. ꝙ † uer-
ba affirmatiua uerificantur in unico actu, Bald in l.
1. C. de fideicõ. ſed in caſu noſtro ſtatutum obligat,
& arctat maſſarium ad denunciandũ per uerba affir
matiua, ergo &c. ¶ Sed his, & aliis etiam, quæ ꝓ hac
parte allegari poſſent, non obſtantibus, contrarium
eſt concludendum, ꝙ maſſarius teneatur ad expẽſas
factas per denunciatos, qui poſtea fuerunt abſoluti,
5 & conſequenter in illis potuit cõdemnari, † & in pri
mis pondero dictum ſtatutum in d. §. & ut refrenen
tur, &c. quod diſponit eum teneri ad expenſas, ad cu
ius requiſitionẽ facta fuit denuncia, quãdo facta fuit
per maſſarium non ex ſuo officio, uel officio iudicis,
ſed ad requiſitionẽ alterius, puta damnum paſſi; Itẽ
quando eſſemus in iis caſibus, in quibus maſſarius ra
tione ſui officii non tenetur denũciare, niſi ad requi
ſitionem alterius, ergo ſi denũcia facta fuiſſet à maſ-
ſario nõ ad requiſitionem alicuius, cuius intereſſet,
ſed ex mero officio iudicis, & eſſemus in iis caſibus,
in quibus maſſarius teneretur ex ſuo officio abſq; ali
cuius requiſitione denũciare, ut in caſu incendii, ſeu
robariæ, & raptus iuxta ea, quæ habentur in d. ſtatuto
in §. & idem intelligatur &c. ſequitur, ꝙ ad expenſas
teneri nõ debet ille, cuius intereſſet, ad cuius requiſi
tionẽ facta eſſet denuncia, cum tunc nullus extiterit,
ad cuius requiſitionem facta fuerit: Nec etiam tene-
ri debet iudex, ex cuius mandato maſſarius compul-
ſus fuit denũciare, quia ex quo iudex proceſſit, ut iu-
dex ex ſuo mero officio, ꝓut de iure, & ex forma ſta
tutorũ tenebatᷣ, iuxta tex. in l. cõgruit, ff. de off. pręſi.
& iuxta ea, q̃ habentur in ſtatuto ſub Rub. de caſibus,
in quibus do. poteſtas tenetur inquirere, ſequitur, ꝙ
ipſe teneri non debet ad aliquas expenſas factas, nec
in aliquo grauari per ea, quæ habentur in c. conque-
rente, per Abb. poſt gl. de reſtitu. ſpol. ergo ſi ad expẽ
ſas nõ tenetur ille, ad cuius requiſitionem facta fuit
denuncia, quia nullus fuit, qui hoc requiſiuerit, nec
etiam iudex, ſequitur, ꝙ ad ipſas expenſas teneri de-
bet maſſarius, cuius dolo, culpa, ſeu negligentia etiã
leui, uel leuiſſima factæ fuerunt expenſæ per denun
ciatos, nam maſſarius, qui malè, & falsò denũciauit,
fuit cauſa ſeu cauſam dedit iſtarũ expenſarum denũ-
ciando eos, qui erant inculpabiles, & ideò ipſe tene-
ri debet ad expenſas per illos factas, quia qui cauſam
damni dedit, damnum dediſſe uidetur, & ille, cuius
culpa, & negligentia etiam leuiſſima damnũ cõtin-
git, teneri debet ad damni reſarctionem, ut hæc pro-
bantur, in c. fi. & ibi Abb. & alii de iniuriis, & dã. dat.
& propterea ne contingat falsò denũciatos remane
re in hoc expenſarum dãno abſq; cauſa, & culpa ſua,
ſed culpa, & facto ipſius maſſarii, tenetur ipſe maſſa-
rius denunciatis de expenſis ſatisfacere, quia abſque
cauſa, & culpa quis nõ eſt grauandus, & puniendus,
ut habetur, & no. in c. 2. extra de conſtitu. ¶ Non ob-
ſtat, ꝙ ſententia lata contra maſſariũ fuit nulla, pro-
pterea quia fuit lata abſq; citatione maſſarii, & ſic ſi-
6 ne cauſæ cognitione, ut ſupra, quia reſpondetur, † ꝙ
reſpectu huius acceſſorii expenſarũ non fuit neceſſa
ria cauſæ cognitio, & cõſequenter, nec citatio, iuxta
7 tex. in l. in cauſæ, §. cauſa cognita, ff. de mino. † & hoc
ſatis clarè colligitur ex uerbis, & ex mente dicti ſtatu
ti, in d. §. & ut refrenentur, ubi in caſu denũciæ falſæ,
& quando denunciatus fuiſſet abſolutus, & quis eſt
condemnandus in expenſis, iudex præciſè omnibus
iuris remediis poteſt cogere, & compellere illum, q
teneretur, ad expenſas, & cõſequenter acceſſoriè, &
in conſequentiam poſſet hoc facere abſq; cauſæ co-
8 gnitione, & ſine citatione partis, quia † uerbum præ-
ciſè importat, hoc eſt abſq; proceſſu, & ſine cauſæ co
gnitione, & cõſequenter abſq; citatione, ut habetur,
in c. 2. & ibi Abb. in 2. col. extra de reſcr. iuncta d. l. in
cauſæ, §. cauſa cognita; Itẽ hæc uerba præciſè omni-
bus remediis iuris habẽt uim clauſulæ derogatoriæ,
& ꝙ actus ualet omni meliori modo, nõ obſtantibus
quibuſcunq;, quæ in ꝯriũ facere uiderentur ad tradi-
ta per domi. Abbatem in d. c. 2. in 1. col. ergo infer-
tur, ꝙ in terminis noſtris ſententia lata cõtra maſſa-
rium ſuper expenſis, quæ ueniunt acceſſoriæ, ualuit
in ſe, abſque eo, quod proceſſum fuerit principaliter
contra maſſarium, & abſq; eo, quod ipſe fuerit cita-
tus, ut eſt de mẽte ſtatuti in illis uerbis præciſè omni
9 bus remediis &c. ¶ Circa aliud, † an maſſarius tenea-
tur denuo denunciare maleficium non obſtantibus
10 præmiſſis, cõcludo ipſum teneri, † quoniam ex quo
ſua prima denuncia non fuit facta ſecundum uerita-
tem, ſed falſo, ſeu per errorem, ut conſtat ex proceſ-
ſu, & ex ſentẽtia lata, ſequitur, ꝙ iterum tenetur de-
nũciare, perinde ac ſi nullã aliã feciſſet denunciam,
quia paria ſunt aliquid nõ facere, uel facere perperã,
& inutiliter, l. 1. in prin. ff. de ſuis, & legit. Inſt. de hæ-
11 re. ab inteſt. in prin. Itẽ † ſtatutum loquens de denun
cia intelligi debet de ualida, & firma, non autem de
inualida, argum. tex. cum ibi not. per glo. Bart. Alex.
& alios, in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, fa-
ciunt no. per Bart. in l. 1. §. & parui, ff. quod ui aut clã,
& ibi latè per Alexan. in apoſtil. ¶ Nec obſtat, quod
ſemper uerba intelligi debent de prima uice, d. l. bo
ues, §. hoc ſermone, & qui eſt obligatus ad aliquid fa
ciendum, non tenetur in dubio, niſi ſemel facere, ut
habetur per Ancha. in d. conſil. ſuo 317. cum ſimili-
12 bus, quia reſpondetur, quòd † uerba intelliguntur
de prima uice, quando id, quod primo loco factum
fuit, ualuit, firmumque, & ualidum de iure fuit, ſe-
cus ſi quis inualidè, falsò, & inutiliter feciſſet, quia
tunc tenetur iterum facere, quoniam uerba debent
intelligi cum effectu, ut colligitur ex iis, quæ uoluit
13 Bald. in c. olim, in 2. colum. de reſcrip. dicens, † ꝙ ſi
data fuit poteſtas arbitris prorogãdi cõpromiſſum,
intelligi debet de una tantum prorogatione, dũmo
do illa fuerit ualida, nam ſi prima prorogatio nõ va
luiſſet, poſſent iterum prorogare, quia uerba intelli-
guntur de prima, quæ ualuit, per l. hæc conditio, & l.
1. ff. de conditio. & demon. l. qui per ſalutem, ff. de iu
reiuran. & faciunt, quæ habentur per Bart. in l. 2. §. 1.
de optio. lega. & latè ponit do. Felin. in c. 2. in 1. limi-
ta. d. l. boues, §. hoc ſermone, extra de tregua, & pace;
Et ex iis concludo maſſarium obligatũ fuiſſe ad ex-
penſas, & in illis potuiſſe condemnari, etiam abſque
cauſæ cognitione, & conſequenter abſque ipſius ci-
tatione; & non obſtante ſua prima denũcia, quæ fuit
falſa, teneri ad denunciandum iterum dictum male-
ficium, & incendium, alioquin puniri poteſt, & con-

tra eũ procedi, prout habetur in dicto ſtatuto de notific. maleſi. & in aliis ſtatutis punientibus maſſarios denegantes denuncias, & notificationes maleficiorum facere. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Qualitas adiecta uerbo, uel participio debet intelligi ſecundum tempus uerbi, uel participij.*

2 *Statutum diſponens ſuper aliquo cum certa qualitate præſuppoſita locum non habet, niſi de illa qualitate conſtet.*

3 *Bannitus capitaliter, qui poteſt impunè offendi, ſeu prohibetur receptari, priuatus eſt ciuilitate, omnibusq; iuribus, & beneficijs ciuitatis, nec poteſt beneficijs ſtatutorum de ciuibus loquentium gaudere.*

4 *Et quando id ſit uerum.*

5 *Bannitus palàm, & notoriè à ſuperioribus tolleratus, & receptatus non poteſt impunè offendi.*

6 *Abſolutio excommunicationis certam ſpecialem formã requirit, nec per æquipollens adimpletur.*

7 *Banni relaxatio, & abſolutio ſolo uerbo, ſolaq; uoluntate ſuperioris fit, & obtinetur.*

8 *Bannitus tolleratus in ciuitate à ſuperiore, uel eius officialibus cenſetur re bannitus.*

9 *Bannitus in contumaciam, & non ex ueris probationibus non eſt talis, qui poſſit ex diſpoſitione ſtatuti impunè offendi.*

10 *Statutum, quòd bannitus poſſit impunè offendi, eſt odioſum, & reſtringendum.*

11 *Bannitus licet propter bannum deſinat eſſe ciues, non tamen deſinit eſſe ſubditus, uel diſtrictualis uſque ad num. 18.*

12 *Ciuis, comitatinus, & diſtrictualis inter ſe differunt.*

13 *Diſtrictualis quis ſit.*

14 *Bannitus tenetur ad collectas, ſtante ſtatuto, quòd quilibet ſubditus teneatur ſoluere collectas.*

15 *Collectas ſoluere ſpectat ad ſubditos.*

16 *Subditus quis dicitur ratione rerum, & bonorum, quę in loco poſſidet, ideoq; ibi forum ſortitur.*

17 *Bannitus poteſt conueniri coràm iudice illius loci, à quo fuit bannitus, ibique forum ſortitur, & ſaltem per procuratorem reſpondere tenetur.*

18 *Iuriſdictio in quos exerceatur.*

19 *Pendente cauſa appellationis ante ſententiam interpoſitæ, tempus interim ſuper cauſa principali, & ſuper alijs articulis cauſæ non currit.*

20 *Super deſertione appellationis quando neceſſaria ſit declaratio, & ante, quàm ea ſit facta, non currat tempus ſuper negotio principali, & quando ſecus, & num. 23.*

21 *Tempora à ſtatutis ciuitatis præfixa in dubio ſint ne continua, an vtilia.*

22 *Iudex in dubio conſeruationi inſtantiæ fauere, & illam non eſſe deſertam pronunciare debet.*

EPITOME.

Bannitvm, qui eſſet palàm, & notoriè à ſuperiore tolleratus, & q̃ p̃ cõtumaciã tantũ fuiſſet bannitus poſſe bñficio ſtatutorũ de ciuibus, & diſtrictualibus loquentiũ gaudere, & ſaltem diſtrictualẽ, & ſubditũ eſſe nõ deſiiſſe, maximè qñ ſemper etiã poſt bannũ in loco, à quo fuit bannitus, bona poſſedit, & collectas, ac onera ſoluit, in hoc conſilio demonſtratur.

CONSILIVM CLXXXI.

IN cauſa, & lite mota per dñm Iacobũ ceſſionariũ contra Artaldũ, ultra alia dubia ſæpius à clariſſimis doctoribus diſcuſſa, adhuc duo ſuperſunt, quæ & ſi à præfatis ad fauorẽ dicti Artaldi fuerint reſoluta, tñ ego quoque, ut ſuper illis ſententiã meam dicerẽ, requiſitus, quid ſentiã, exponã Primũ dubiũ ẽ, an ſtatutũ de iuribus non cedẽdis proſit ipſi Artaldo, nõ obſtãte eo, q̃ tempore ceſſionis factæ is à ciuitate, & territorio Mutinenſi bannitus eſſet. Secũdũ eſt poſito, q̃ [...]tũ Artaldo nõ prodeſſet, q̃a ceſſio facta do[...]cobo ĩ ſe ualeret, & ex ea ille agere poſſet, an [...]taldo, qui multa cõtra exequutionẽ ſententiæ [...]ſus ipſum petitam oppoſuit, ſint elapſa fatalia [...]tp̃s quindecim dierũ datum à ſtatuto ad prob[...] & terminãdas exceptiones. ¶ Redeo ad prim[...] quo uidetur, q̃ dictũ ſtatutũ de iuribus nõ ce[...] nõ poſſit ad fauorẽ Artaldi induci, nec Artal[...] eo ſe fundare ualeat, ex quo is tempore, quo [...]mino Iacobo ceſſa fuerũt, erat capitaliter ba[...] quoniã dictũ ſtatutũ emanauit ad fauorem ci[...] diſtrictualiũ Mutinenſiũ, cõtra quos ceſſio [...]cta eſſet, ut in eo conſtat, ſed Artaldus nõ era[...] Mutinæ, nec beneficio ſtatutorũ dictæ ciuita[...]dere poterat, eo tp̃e, quo ceſſio iuriũ cõtra ip[...]cta fuit, quod tempus ceſſionis quo ad hanc [...]

1 tis qualitatẽ à ſtatuto cõſideratã inſpici dẽt, [...]litas adiecta uerbo, uel participio dẽt intellig[...]dum tp̃s uerbi, uel participij, l. titius, ff. de mi[...]

2 mẽ. & † quãdo ſtatutũ diſponit ſuper aliquo [...] qualitatẽ præſupponẽdo, diſpoſitio ſtatuti [...] habet, niſi de illa qualitate cõſtet, l. 1. §. ait p[...] Bart. ac etiã in prin. illius legis, ff. ne quid [...]blico, Io. An. in c. 1. de homici. in 6. facit i[...] Pau. de Caſt. in l. cogi, C. de peti. hæred. l. fi[...] 2. ubi gl. Bar. & alij, ff. ex quibus cauſis in po[...] Paul. de Caſt. in l. ſi p̃ aliũ, §. docere, ff. ne qu[...]

3 in ius uoca. ui exi. Nã † Artaldus tp̃e ceſſio[...] erat bannitus, propter quod bannũ ipſe ciui[...]ſierat, & beneficio ſtatutorũ gaudere nõ pote[...] bannũ capitale, propter quod bannitus pote[...]nè offendi, ſeu poſſe receptari prohibetur, p[...]ſum ciuilitate, & omnibus iuribus, ac benefic[...]tatis, & operatur, q̃ is beneficiis ſtatutorum [...]bus loquentiũ gaudere nequeat, ut habetur p[...] & Alex. in l. fi. ff. de legatio. Bal. in l. uoluntas, [...]lum. C. de fideicom. l. amiſſione, §. qui defici[...] Bal. ff. de capit. diminut. Bal. in l. cum mulier[...] matri. Bart. & alii, in l. ex facto, §. ex facto, ff. a[...]lianum, cum ſi. ¶ Quibus tamen non obſtan[...]riũ arbitror de iure ueriſſimũ eſſe, q̃ nõ obſta[...]no oppoſito, Artaldus poſſit, & debeat benef[...]cti ſtatuti gaudere, uidelicet q̃ ceſſio facta do[...] Iacobo contra ipſum Artaldũ fuerit ipſo iure [...] & dominus Iacobus agens ex illa ceſſione non [...]diendus, prout in dicto ſtatuto eſt cautũ, qu[...]ſio facta fuit ꝯ Artaldũ tunc ciuem, ſeu diſtri[...]

4 Mutinæ, dato ẽt, q̃ tunc eſſet bannitus, nã ſi[...] bannũ aufert ciuitatẽ, & iura ſuæ ciuitatis ita, q̃ [...]nitus non dicatur ciuis, nec gaudeat beneficio [...]tatis, nec ſtatutorũ illius, quando eſt talis ban[...] impunè offendi poſſit, ſeu prohibitus ſit à ſtat[...]ceptari, ad tradita per Bar. in terminis, ibiq; A[...] d. l. fi. ff. de legat. & per eundẽ Bar. & alios, in d[...]cto, §. ex facto, alioquin contra, ut ibi: Sed d[...]taldus, quãuis eſſet bãnitus, ut præſupponitur, [...] nõ poterat impunè offendi, & receptabatur, a[...]ptari poterat, ergo p̃p̃ bannũ nec ciuitatem, ne[...] ſuæ ciuitatis amiſit, ſeu ciuis Mutinæ eſſe nõ de[...] conſequenter ſtatutũ prædictũ de iuribus nõ c[...]dis potuit ad eius fauorẽ allegari, & ipſe bene[...]lius ſtatuti gaudere põt, q̃a ei cõueniunt uerba [...]ti, & propterea ẽt illius diſpoſitio conuenire d[...] argum. l. 4. §. toties, ff. de damno infect. cum [...] l. 1. in fin. ff. de aleato. & in l. in fraudem, in fi. [...]

5 lit. teſtamen. Quòd autem † Artaldus banni[...] poſſet tp̃e banni impunè offendi, & poſſet rece[...] probatur, quia ſecundum ea, quæ mihi propo[...] ipſe palàm, & notoriè in ciuitate Mutinæ à ſupe[...]